



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

31 Decimarum successor in feudo antiquo ante Conc. Lauteranen.
quomodo agere debeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Beneficii per amplexum Altaris, & alios actus, quæ fiunt in Ecclesia, ac etiam per tactum annuli Ecclesiæ clausæ acquiruntur possessio. Rot. decis. 5. de caus. poss. & propriet. in antiqu. & decis. 8. de restit. spol. in antiquior.

27 Secundò, potest agi remedio possessorio ꝛ recuperandæ possessionis, qua quis spoliatus libello concludere debet ad restitutionem, vel reintegrationem, cap. reintegranda, 3. q. 1. cap. ad decimas, de restit. spol. in 6. & Rebuff. ea q. 9. num. 2. & spoliatus antequam cognoscatur de dominio, est in primis, & ante omnia restituendus, cap. reintegranda, 3. q. 1. cap. conquerente, & cap. fin. de restit. spol. Bar. in l. si quis ad se fundum, num. 2. C. ad l. Jul. de vi pub. & Menoch. conf. 2. num. 185. & 186. lib. 1.

28 Tertio; ꝛ agitur possessorio adipiscendæ, & tunc beneficiatus libello concludere debet se esse parochum talis loci, quæ propter ratione oneris, curæ animarum decimas deberi, quarum percipiendi possessionem sibi tradi requirit, Rebuff. q. 9. num. 1. & Monet. q. 8. num. 27. eo tract. de deci. & pluries causa decimarum est summaria, in qua procedi potest sine aliqua juris solemnitate.

29 Primò, ꝛ enim, quando agitur possessorio retinendæ, quod est summarissimū, quo probatis requisitis, ut possessione tempore litis motæ, non admittuntur probationes requirentes altiozem indaginem, sed datur beneficiato manuentio, d. s. quorum, instit. de interd. cum aliis supracitatis.

30 Secundò, quando clerici, quibus constat decimas de jure deberi, agunt contra eos, qui ad solutionem pro certa decima,

aut quota tenentur, ut est text. in clem. dispensiosam, & ibi gl. in verb. decimis; Card. n. 28. & Imol. n. 7. de jud. & Monet. eod. tract. quest. 8. n. 41. & 42. de decim.

Tertio, si agatur inter duas ecclesias de jure percipiendi decimas, quarum beneficiati prætendunt, quilibet decimas suæ ecclesiæ tertio laico deberi, quia cum ecclesiasticis de jure ꝛ communi, & divino debeantur, semper habet locum dicta clem. dispensiosam, Rot. decis. 14. per tot. de jud. in no. glol. in d. clem. in verb. decimis, vers. sed quid si non, cum aliis, per Monet. deductis, eod. cap. 5. num. 43.

31 Quarto, procedit etiam dicta clem. dispensiosam, inter laicos, quando fuerunt decimæ translatae ante conc. Lateranensem. & successor in feudo ꝛ antiquo decimarum agit coram domino directo ad earum exactionem, in quarum possessione erat ejus prædecessor, quia tunc, cum causa decimarum sit de decimis antiquis de jure communi, & divino Ecclesiæ debitis, & hoc jus in vassallum tunc legitime fuerit translatum, vassallus eodem privilegio gaudet l. qui in jus ff. de reg. jur. cap. qui in jus, eod. tit. Card. in d. clem. 1. num. 21. & Bened. Caputa q. n. 17. & in his casibus contra subditum ad decimas non solutas agendo incipi potest à præcepto ꝛ sub persona pecuniaria, & in subsidiū excommunicationistrina, vel una pro trina monitione præmissa, quatenus intra tot dies debeat reus tantam summam decimarum persolvisse, cap. pervenit, de decim. c. sacro. de sent. excomm. & gloss. in d. clem. dispensiosam, in verb. præmoniti.

32 Non tamen ꝛ sunt tolerandi, qui variis artibus decimas ecclesiis obvientes subtrahere moliuntur, aut, qui ab aliis solvendas